



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ioannis Tollenarii Brvgensis e Soc. Iesv Specvlvm
Vanitatis Sive Ecclesiastes Solvta Ligataq. Oratione
Dilvcidatvs**

Tollenaeer, Jean de

Antverpiæ, 1635

Prosa Exegesis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68633)

Vitam quæ facit insuauiorem,
Et vitam facit impatiorem.
Aut quæ vipereo profusa partu
Pestis exitio potentiore
Graffetur gemino sub axe mundi:
Aut quid stultitia tenens cathedram,
Infestet grauius genus Promethei.
Sed quò noxia, quò cupidio tendis
Pruritu insatiabilis sciendi?
Nescires melius, quod ægra plores.
Quis prudens lacrymis fodit scatebras,
Quæ sat sponte scaturunt per orbem?
Si scires minus, & minus doleres.
Nil moror: male sit malis tenebris:
Torquent abdita, propalata vites.
Aut si nulla datur malis medela,
At saltem iuuat hoc, iuuat miscellos,
Quâ peste intereant, palam tueri.

PROSA EXEGESIS.

LAVS est non infima Medicorum, corporis morbos
solerter inuestigare, notare symptomata, pericula
cognitione præcipere, & priusquam incumbant, matu-
rè propulsare: quæ omnia in animæ morbis ac periculis
eo magis valere debent, quòd hæc maiores pariunt cala-
mitates, nec raro sempiternas. Stulti enim est, ac cæci,
& in rebus humanis planè hospitis ac peregrini, secu-
rum inter tot pericula degere, & quæ pestes animum
infestent, fusque deoque habere. Peruersa confidentia

*Pericula
proficien-
da & pra-
cauenda
sunt.*

*Cyprianus
seu quis
alius de
Singul.
Cleric.*

est, ait Cyprianus, quæ periculis vitam credit; & lubri-
ca spes est, quæ inter fomenta peccati saluari se posse
confidit. Incerta est victoria, inter hostilia arma pugna-

re;

re; & impossibilis liberatio est, flammis circumdati, & nec ardere. Verendum est dormienti in ripâ, ne cadat. Nemo diu tutus est periculo proximus. Quare hæc cura viros cordatos semper intentos habet ac sollicitos, quibus vitiis animus potissimum infestetur, quibus mundi illecebris in fraudem impellatur, quibus periculis facilius succumbat. Et quidem tot vndique pericula miseros circumstant, ut quo se potissimum conuertant, non satis habeant exploratum.

Quid quisque vitet (ait Horatius) numquam homini satis Horat. li. 2.
Odâ 13.

Cautum est in horas. —

Quid enim omnino tutum est in vita mortalibus?

D. Antonium accepimus aliquando Deo represe- Mundus
plenus la-
queis &
periculis.
tante aërem, quâ latissimè patet, laqueis obductum vi-
disse, & meritò perturbatum exclamasse: *Quis tandem* Leo Ser. 5.
Quadrages.
eudet? Plena enim sunt omnia periculis, inquit D. Leo, Idē Ser. 11.
Quadrages.
plena laqueis. Ineitiant cupiditates, insidiantur illece-
bræ, blandiuntur lucra, damna deterrent, amaræ sunt
obloquentium linguæ, nec semper veracia sunt ora lau-
dantium. Idemque alio loco: *Insidiæ sunt in diuitia-*
rum amplitudine, insidiæ in paupertatis angustiis: illæ
eleuant ad superbiam, hæ incitant ad querelam. Tentat
sanitas, tentat infirmitas, dum & illa materia est negli-
gentiæ, & hæc causa tristitia. Laqueus est in securitate,
laqueus est in timore: nec interest, vtrum animus, qui
terreno tenetur affectu, gaudiis occupetur, an curis,
cùm par morbus sit, vel sub vanâ delectatione gaudere,
vel sub anxîâ sollicitudine laborare.

Quid ego nunc pernicioſas mundi leges, Dei legi- Mundi le-
ges & pra-
ua exempla
periculum
creant.
bus contrarias, commemorem? quid lubricas & ad la-
psum præcipites huius vitæ vias? quid insanientium
turbam, quæ torrentis instar peruersis opinionibus in-

TIT 2 firmos

firmos abripit? quid exempla vitiorum, quous Orato-
re potentius in fraudem impellentia? Cūm enim mens
hominis, inquit Cyprianus, ad vitia ipsa ducatur, quid
faciet si habuerit exempla? & natura corporis lubrica,
quæ sponte corruit, quid faciet si fuerit impulsa?

Prætermitto errores imprudentium, quibus immo-
rari singulis, infiniti laboris fuerit. Tres tantum maxi-
mè peruagatos verbo perstringam, quos hac sententiâ

*1. Ioan. 2,
16.*

complexus est Apostolus Ioannes: *Omne quod est in mun-
do, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, &*

Mundus superbia & vita. An non meritò has impiorum stultias, &

*errat in de-
lectu bono-
errores imprudentium esse dixero? Quid enim feruentiori-*

*rum.
bus votis ac desideriis vulgo prosequimur, & tamen*

quæ potest esse pestis humano generi capitalior? Diui-

tias intuere, quas dolores oculorum iure possumus ap-

pellare, quanto in pretio habentur? quantâ contentione

expetuntur? & tamen disertè de illis pronuntiat diuus

Hieronymus, non posse in idem peccatus conuenire vir-

tutes & diuitias.

Seuerius etiam de superbiâ vitæ pronuntiat D. Gre-
gorius, quam tanto ambitu prehensant mortales, asse-
rens eum, qui se illi tradiderit, nullum habere posse cum
virtute commercium. Alia, inquit, vitia eas solummodo
virtutes impetunt, quibus ipsa destituuntur; ira videlicet
patientiam, gastrimargia abstinentiam, libido con-
tinentiam expugnat: superbia autem, quam vitiorum
radicem diximus, nequaquam unius virtutis extinc-
tione contenta, contra cuncta animæ membra se erigit, &
quasi generalis ac pestifer morbus corpus omne cor-
rumpit.

Sed quamvis tantam stragem vni superbiæ Grego-
rius imputet; nescio tamen, an non latius grassetur con-
cupi-

*Cyprianus
lib. de Spe-
ctacul.*

*1. Ioan. 2,
16.*

Mundus superbia & vita. An non meritò has impiorum stultias, &

*errat in de-
lectu bono-
errores imprudentium esse dixero? Quid enim feruentiori-*

*rum.
bus votis ac desideriis vulgo prosequimur, & tamen*

quæ potest esse pestis humano generi capitalior? Diui-

tias intuere, quas dolores oculorum iure possumus ap-

pellare, quanto in pretio habentur? quantâ contentione

expetuntur? & tamen disertè de illis pronuntiat diuus

Hieronymus, non posse in idem peccatus conuenire vir-

tutes & diuitias.

Seuerius etiam de superbiâ vitæ pronuntiat D. Gre-
gorius, quam tanto ambitu prehensant mortales, asse-
rens eum, qui se illi tradiderit, nullum habere posse cum
virtute commercium. Alia, inquit, vitia eas solummodo
virtutes impetunt, quibus ipsa destituuntur; ira videlicet
patientiam, gastrimargia abstinentiam, libido con-
tinentiam expugnat: superbia autem, quam vitiorum
radicem diximus, nequaquam unius virtutis extinc-
tione contenta, contra cuncta animæ membra se erigit, &
quasi generalis ac pestifer morbus corpus omne cor-
rumpit.

Sed quamvis tantam stragem vni superbiæ Grego-
rius imputet; nescio tamen, an non latius grassetur con-
cupi-

*Hieron.
Epist. 13.*

*Gregorius
lib. 34. Mo-
ral. c. 18.*

*Superbia
vita dam-
noſa.*

cupiscentia carnis, quam triumphali luxuriæ curru in-
uectam, inter reliquos Pharaonis currus scitè describit
Bernardus. Currus hic quatuor vitiis tamquam rotis
voluitur, ventris ingluwie, vestium mollitie, otij somni-
que abundantia, ac denique ardore fœde libidinis. Equi
bini, vitæ prosperitas, & rerum affluentia: quibus equis
duo insident, torpor ignauiae, & cæca securitas. Atq; his
quidem calcaria nulla, ne quid sit in regno voluptatis
quod contristet aut pungat; sed potius conopeum in
manibus ad umbram inducendam, dissimulatio & neg-
lectus rerum prouidendarum. Proprium namque est,
inquit, mollis & delicatae animæ, etiam necessarias dis-
simulare curas, & ne æstuantes sollicitudines sentiat, sub
latibulo dissimulationis abscondi. Quid hoc impruden-
tium errore perniciosius, & tamen quid familiarius?

Itaque ut unde digressa est, eò reuertatur oratio, cùm
plena sint hîc omnia peste, contagione, laqueis ac peri-
culis; ne quis ignorantiam ruinæ suæ prætexeret, *lustra-
ui uniuersa animo meo*, ait Ecclesiastes, id est, diu multum
que considerauit, quid sapienti in hac vitâ conduceret, vt
congruenter naturæ ac rationi viueret: ac rursus quid
esset inter tot mala huius mundi, inter tot offendicula,
tot pericula, tot vitæ scopulos, tot laqueos, denique in-
ter tot irritamenta malorum, & foimenta cupiditatum,
in quo maximè cespitarent ac laberentur stulti, quo ge-
nere impietatis aut malitiæ maximè peruerterentur, ad
quos scopulos maximè alliderentur, & quibus laqueis
maximè caperentur imprudentes. Et quid tandem inue-
nit quod malorum omnium caput esse pronuntiaret?
Ipsum consulite, ipsum audite.

Ttt 3 SECTIO